



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum voluntas humana in Christo semper fuit conformis
voluntati diuinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XVII.

2. IN speciali sic procedit. Primo dicit esse consideran dum vtrum Christus aliquid oravit vel petierit quod factum non sit, quod quidem videtur per hoc quod oravit causam passionis transferri, quod tamen factum non est, in quo videtur a patris voluntate discordare. Postea soluit per distinctionem voluntatis in Christo, dicens quod in Christo secundum duas naturas erat duplex voluntas scilicet diuina & humana, & secundum humanam duplex voluntas in eo fuit scilicet sensualitatis, & rationis, secundum igitur voluntatem diuinam vel rationis pati & mori volebat, sed refugebat sensualitas, nec tamen propter hoc in Christo fuit rebellio carnis ad spiritum, quia talis rixa non est nisi in quibus est concupiscentia carnis quod in Christo dici non potest, fuit tamē huiusmodi sensualitas affectionis in Christo ut in eo humanitatis veritas probaretur, unde cōcludit quod sicut in nobis duplex est affectus scilicet ratio nis & sensualitatis, sic in Christo fuit duplex affectus, mens & scilicet quo mori volebat, & sensualitatis quo mori recautabat. Postea confirmat per plures autoritates quod in Christo fuit duplex voluntas secundum quartum vnam pati volunt, secundum aliam non, quia Hiero. excommunicat haeresios qui Christum non nisi vnam voluntatem habere possebant, ubi addit quod cum Christus petierit quod non impetravit id petiri, ut nobis exemplum daret in perturbatione orandi & ad deum clamandi & voluntate nostram voluntari i diuinam subdendi. Postea ponit quandū dubitationem quae ex dictis Ambro. ortum habet qui dicere videtur Christum secundum naturam humanam de potentia patris dubitasse, quod intelligendum non est in quantum Deus & Dei filius, sed in quantum homo & humano affectu. Sed hoc etiam intelligendum est non quod ipse dubitaverit, sed quia modum gesit dubitanus, & hominibus videtur dubitare. Vt enim inducit quendam verba Hilarii que dicere videtur quod Christus nec secundum se timuit, nec secundum lem oravit, sed pro suis. Quod ostendit pluribus dictis, & dicit Magister verba Hilarii pie esse intelligenda. Et in hoc terminatur, &c.

QVÆ STIO PRIMA.

Vtrum voluntas humana in Christo semper fuerit conformis voluntati diuinæ.

Tho. 3. q. 18. art. 5. &c. 6.

Circa distinctionem istam primò qualitur, vtrum voluntas humana in Christo semper fuit conformis voluntati diuinæ. Et videtur quod sic, quia voluntas beatorum in omnibus conformatur voluntati diuinæ, sed Christus secundum animam semper fuit beatus, ergo voluntas eius humana semper fuit conformis diuinæ voluntati.

2. Item bonitas voluntatis confitit in cōformitate ad voluntatem diuinam sicut ad suam regulam ut dicit glossa super illud Psal. rectos decet collaudatio, sed omnis vox in Christi fuit bona, ergo &c.

3. Item ex persona Christi dicitur in Psal. ut faceret voluntatem tuam Deus meus voluit, & sic idem quod prius.

4. IN contrarium est quod dicit Aug. contra Maxi. in hoc quod Christus ait non quod ego volo, sed quod tu, aliud ostendit se voluntate quam patrem quod nisi humana non corde non posset. Ex quo patet, quod humana voluntas in Christo aliud voluntate quam diuinam.

5. RESPONSO. Quæstio ista vnum supponit & aliud querit, supponit enim quod in Christo præter voluntatem diuinam fuerit aliqua voluntas humana. Quo supposito queritur de conformitate voluntatis humanae ad diuinam. Primò igitur videndum est de supposito, deinde de quæstione.

6. QVANVM ad primum sciendum est quod præter voluntatem diuinam fuit in Christo duplex voluntas humana, vna quæ dicit voluntas per essentiam quæ per se & directe est in ratione, alia quæ est voluntas soli per participationem quæ est in ratione, sed nata est obediens ratione. De voluntate per essentiam quæ fuit in Christo patet tripliciter. Primo sic, voluntas correspondet intellectui, sed in Christo præter intellectum diuinum est aliquis intellectus humanus, ergo in Christo præter voluntatem diuinam est aliqua voluntas humana. Maior patet, quia in omni natura concomitantur se inseparabiliter intellectus & voluntas propriæ dicta. Minor similiter patet, quia scientia est perfectio intellectus, sed in Christo præter scientiam diuinam fuit aliqua scientia humana ut patuit supra,

Quæstio I.

242

ergo in Christo præter intellectum diuinum fuit intellectus humanus & hæc fuit minor. Secundò sic, voluntas dei non potest mereri, nec demereri, nec sibi, nec alii, alioqui deus secundum diuinitatē acceptus posset mereri, sed Christus meruit nobis & sibi ut postea patet, ergo in ipso præter voluntatem diuinam fuit alia voluntas per qua potuit mereri, sed sine voluntate propriæ dicta non est meriti, quare &c. Tertio sic, que sequuntur natura plurificatur in Christo ut vult Damaf. li. 3, sed appetitus sequitur natura, ergo sicut in Christo sunt plures naturæ, ita plures appetitus, sed appetitus humanae naturæ quatenus rationalis dicitur voluntas, ergo præter appetitum vel voluntatem diuinam in Christo est appetitus rationalis vel voluntas, hec autem secundum nomen dividitur in voluntate ut est natura & vt est ratio non tanquam in duas potentias, sed sortitur hæc duo nomina vel duos modos quibus potest ferri in suum obiectum, quando enim voluntas fertur in aliquid secundum quod est conueniens vel nocivum nature secundum se, sic vocatur voluntas ut natura, quando autem fertur in aliquid secundum bonitatem vel malitiam, quam habet in ordine ad finem, sic vocatur voluntas ut ratio, quia sequitur deliberationem rationis, quia cum eiusdem potentia sit ferri in aliquid secundum se & in ordine ad finem, ideo eadem est potentia voluntatis qua fertur his duobus modis in suum obiectum.

7. De voluntate autem quae non est voluntas per essentiam, sed solum per participationem, quod fuit in Christo patet similiter tribus viis, accipiendo primò id quod dictum fuit prius. d. 15. q. 2. scilicet quod passiones appetitus sensituum in Christo regebantur per rationem, & ei subiciebant & obediebant, appetitus autem sensituum ut obediens rationi dicitur voluntas per participationem. Quo supposito arguitur primò sic. Sicut intellectus sequitur voluntas propriæ dicta, sic sensitum sequitur appetitus sensituum, qui ut obediens rationi dicitur voluntas per participationem, sed sicut in Christo fuit verus intellectus, ita in Christo fuerunt veræ & perfectæ vires sensituum, ergo sicut in Christo fuit voluntas propriæ dicta, ita & voluntas per participationem. Secundò sic, in Christo fuit verus dolor sensibilis ut patuit prius. d. 15. q. 2. sed dolor sensibilis est passio appetitus sensituum, ergo in Christo fuit appetitus sensituum. Cöstat autem quod in Christo non minus obediebat appetitus sensituum rationi quam in nobis, in nobis autem propter hoc dicitur voluntas per participationem, ergo & in Christo. Tertio sic, Christus assumpit naturam perfectam omni perfectione debita naturæ, sed sicut de perfectione hominis in quantum homo sunt intellectus & voluntas propriæ dicta, ita de perfectione eius in quantum est animal, est sensus & appetitus sensituum qui est voluntas per participationem, ergo hæc omnia fuerunt in Christo & sicut patet primum.

8. DE SECUNDO principali scilicet de conformitate voluntatis humanae ad diuinam. Sciendum est quod voluntas non sira conformari potest dupliciter diuinæ quo ad presens. Vno modo quando vult illud quod vult Deus eam velle que vocatur a quibuscum cōformitas secundum genus causa efficientis. Alio modo quando vult illud id est quod Deus vult ira quod sit idem obiectum voluntatis humanae & diuinæ que vocatur cōformitas secundum genus causa materialis accipiendo materiali pro obiecto. Loquendo de prima conformitate si omnis voluntas in Christo fuit conformis voluntati diuinæ. Quod patet primò de voluntate naturali, & voluntate per participationem. Quia naturalis inclinatio cuiuslibet rei est a voluntate diuinæ dñe rem & inclinationem rei (Dico autem naturalis, quia libera inclinatio non semper est a dñe rem, eo quod res indifferentes est ex natura sua ad tales inclinationem vel oppositam) sed naturalis inclinatio ad quam res est de natura sua determinata est a dñe naturam, inclinatio autem voluntatis ut est natura & inclinatio voluntatis dicta per participationem, hoc est appetitus sensituum est naturalis, ergo est a voluntate diuinæ dñe naturam, & ita qualibet harum voluntatum vult idem quod Deus vult eam velle.

9. De voluntate autem sequente deliberationem patet, quod fuerit eodem modo conformis voluntati diuinæ. Quia voluntas diuinæ consequens quae est voluntas simpliciter semper impletur ut dictum fuit in i. li. d. 46. q. 1. & d. 47. q. 2. ergo quicquid Deus voluit tali voluntate Christum velle

HH 2 Christ

Magistri Durandi de

Christus voluit & nō solum Christus, sed quicunq; alius, voluntas autem antecedens innotescit nobis per præcepta, prohibitions & consilia, & hui voluntati quanto magis voluntas humana conformatur tanto melius efficitur, sed voluntas deliberativa Christi fuit optima, ergo fuit voluntati antecedente maxime conformis.

10. Si autem loquamur de cōformitate quæ attenditur secundum obiecta voluntum, sic voluntas naturalis & voluntas per participationem non cōformabantur in Christo voluntari diuina, quia sicut dictum fuit prius, d. 15, q. 2. in Christo permittebatur cuiuslibet parti agere & pati p; erat sibi proprium, sed propriū est voluntatis naturalis refugere ea quæ sunt nocua naturæ, proprium autē appetitus sensuū est fugere ea quæ sunt nocua sensuī, & ideo vtrāq; voluntas in Christo fugiebat morte, & dolore in passio-
nis quæ tamē à Deo erant volita propter salutem generis humani. Voluntas deliberativa cōformis erat voluntati diuina, alioquin passio Christi non fuisset sibi, nec nobis memoria nisi accepta fuisset à voluntate deliberativa, cu-
ius est mererii & demeritū. & sic patet secundum.

11. A D primum argu, dicendum quod beatis qui sunt comprehensores nihil occurrit quod sit contraria naturæ vel leſiuū sensus, & ideo in eis sensualitas vel voluntas non discordat à voluntate diuina, sed Christus simili fuit beatus & pasibilis secundum aliam & aliam sui partem, vnde multa occurserunt Christi contraria naturæ & parti sensuū ut mors, flagella, & huiusmodi quæ refugiebat sensualitas & voluntas ut natura quanvis acceptarentur à voluntate deliberativa quæ semper fuit cōformis vo-
luntati diuina.

12. Ad secundum dicendum quod omnis voluntas Christi fuit cōformis diuina voluntati in hoc p; volebat id quod volebat Deus eam velle. Et in hac cōformitate consistit principaliter bonitas voluntatis humanæ vel dictum fuit prius in fine primi libri, d. 48, q. 1, & 2. Et ultra hāc cōformitatē voluntas deliberativa habuit aliā quæ est secundum voluntū. Ex quo potest concludi p; voluntas delib-
erativa in Christo fuit melior quā naturalis vel sensualis. Et ex hoc non sequitur quod aliae fuerint male.

13. De hac voluntate deliberativa intelligendum est il-
lud Psal. vt facerem voluntatem tuam de medio vo.

QVÆSTIO SECUNDĀ.

Vtrum conueniens fuerit Christum orare.

Tb. 3, q. 21.

Secundo queritur, vtrū conueniens fuerit Christum orare. Et arguitur quod non, quia non decet orando petere illud quod scit aliquis esse futurum pro certo vel non, sed Christus sciebat omnia quæ essent futura ut dictum fuit supra, ergo non decurit quod aliquid orando pe-
teret.

2. Item secundū Damas. lib. 1, Oratio est ascensio mētis in Deū, sed mens Christi non indigebat ascendere in deū secundum cūdū Damas, quia semper erat Deo cōiuncta, non solum secundum vniōne suppositi, sed secundum frui-
tionem, ergo Christo non conuenienter orare.

3. IN contrarium est, quia in pluribus locis euangelii legitur Christū orasse, & arguitur per rationem, quia officium pontificis est fundere preces, & orare, sed Christus fuit pontifex ut dicitur Heb. 1, ergo eius fuit orare.

4. RESPONSI O. Videnda sunt tria. Primum est vtrum fuit conueniens Christum orare. Secundum est cu-
ius fuit illa oratio rationis an sensualitatis. Tertium est vtrum eius oratio fuerit exaudita.

5. QVANTVM ad primum dicendum est p; Christo secundum humānam naturam conueniebat orare. Quod patet sic, illi cōuenient orare cuius voluntas per seipsum nō est efficax ad implendū omnia quæ vult, sed voluntas humana in Christo non fuit per seipsum efficax ad implen-
dum quæcunq; volebat, ergo Christo secundū humanam naturam conueniebat orare. Maior patet, quia oratio nō est nisi quædam explicatio voluntatis apud Deum ut sup-
pleat indigentia quam per nos ipsos supplere non posse-
mus. Minor manifesta est ex præcedētibus vbi ostensum est quod Christus secundum humānam naturam non fuit omnipotens, & ideo non potuit per humānam naturam fa-
cere quicquid potuit velle. Item cuius est agere gratias de

Sancto Porciano

acceptis, eius est orare pro accipiendo, sed Christus egit gratias pro acceptis. Ioan. ii. Pater gratias ago tibi quia nū auditi me, ergo eius fuit orare pro accipiendo. Oratio autem tam pro se quā pro aliis, sed differenter, quia omnis oratio qua orauit pro se fuit petitio bonorum corporalium, vel pro amotione malorum, oratio autem qua orauit pro aliis fuit indifferenter pro bonis corporalibus vel spiritualibus adipiscendis, vel malis amouendis. Cuius ratio est, quia omnis oratio fuit ad supplēdū aliquē defectū, Christus autē non patiebatur aliquē defectū quantum ad bona spiritualia, patiebatur autē quantum ad bona corporis, nos autē pacimur in vīsiō defectū & ideo omnis oratio qua orauit per se fuit de bonis acquarendis corporalibus, vel malis corporalibus ac ouen-
dis, oratio autē qua orauit pro aliis potuit esse indifferenter de omnibus corporalibus & spiritualibus. Orauit etiā non solum mentaliter, sed vocaliter propter duo. Primo propter veritatem humanæ naturæ insinuandam secundū dum quādū est minor patre & obediens, ipsi & orans eum, Secundū vt preberet nobis exemplū recurrente ad deum in necessitatibus nostris, & sic patet primum.

6. QVANTVM ad secundum dicendum est quod ora-
tio potest esse aliquius dupliciter. Vno modo sicut proponen-
tis. Alio modo sicut eius pro quo proponitur. Primo modo oratio non potest esse nisi orationis, & nullo modo sensibili ariis, quia oratio proponit Deo, illius est ergo orare ut propōnēt orationē, cuius est in Deum tendere, istud autem non est sensualitatis quæ non transeat sensibili, sed rationis, ergo &c. Secundo modo potest esse ora-
tio sensualitatis tanquam eius pro quo proponitur, & sic orauit Christus quādū perire calicem passionis eius à se transferri. In hoc inveniuntur affectū sensualitatis, quod fecit propter tria. Primo vt ostenderet hāc siquilibet veram naturam humānam cum omnibus naturalibus effectibus. Secundo vt ostenderet quod homini licet secundū naturalē affectū aliud velut quām Deus velit. Tertio vt doceret quod homo propriū affectū debet diuina voluntati subdere, vnde postquam dixerat transire a me calix iste, subiunxit, veruntamen non sicut ego voleo, sed sicut tu vis. Et sic patet secundum.

7. QVANTVM ad tertium dicendum est quod cūm oratio in quāsi interpres voluntatis humanæ apud deū, tunc oratio aliquius exauditur cūm voluntas eius imple-
tur, voluntas autē hominis simpliciter est voluntas ratio-
nis, illud enim absolute volumus quod secundū delibera-
tam rationem volumus, illud autē quod volumus secundū motu sensualitatis vel per motu voluntatis vt natu-
ra est simpliciter non volumus, sed secundū quid scilicet, si aliud non obstat, vnde magis debet vocari secundū doctores velleitas quā voluntas, quia scilicet homo illud velleri nisi aliquid obstat. Dicendum ergo p; omnis ora-
tio Christi de eo quod simpliciter voluit exaudita fuit, et ratio est, quia voluntas simpliciter est voluntas delibe-
rativa, sed illa semper fuit conformis voluntati diuina, ergo Christus nihil simpliciter voluit nisi quod Deus vo-
luit, omne autem tale impliebat, ergo &c. Et sic loquitur Heb. 5, Apostolus, quod exauditus est pro reuerētia sua &
ipse mer Christus Ioan. ii, quādū dixit ego autem sciebam quia semper me audi. Oratio autē Christi quam propon-
uit inveniens motum sensualitatis vel voluntatis natura-
lis non fuit exaudita, quia nec erat illud simpliciter volu-
tum à Christo sicut dictum est, sed proponebat ab ini-
nuandū veritatem naturæ assumptā. Et propter causas iam dictas, & de hoc intelligitur quod scriptū est in Psal. Clamabo per diem & non exaudiens. Orationem etiā quia Christus orauit pro suis crucifixoribus patet ignoscere eis ut habetur Luc. 23. Et oratio qua orauit pro his qui credi-
turi erat per verbum Apostolorū in ipsum vt essent vnum
in eo vt habetur Ioan. 11, exaudita fuit secundū intentio-
nem orantis, non enim orauit simpliciter pro crucifixori-
bus ut simpliciter eis dimitteretur, sed vt minus punire-
tur, quia peccabant per ignorātiā, nam subiunxit, quia
nesciunt quid faciunt, nō orabat etiā pro omnibus qui
creditū erant in eum, sed solum pro predestinatis in qui-
bus effectū habuit eius oratio.

8. A D primum argumentum dicendum quod sicut Christus sciuit quid esset futurū, ita sciuit de quibusdam quod